11

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

PNEUMONIA.

THOMAS MACWHIRTER,

JOHANNI RAMSAY, M. D.

NOVI CASTELLI,

S. D.

Memor humanitatis, candoris, et benevolentiæ animi tui, non minùs quàm peritiæ tuæ medicæ ſcientiæque univerſæ, hunc primum ſtudii mei fructum, Tibi, amice, libentiſſimè conſecrare volo.

TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE,

DE

PNEUMONIA;

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

THOMAS MACWHIRTER,

SCOTUS:

SOCIET. PHYS. EDIN. SOC. EXTR.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

COLLEGE OF SURGEONS ... LIBRARY

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

MDCCC.

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

PNEUMONIA.

COLLEGE OF SURGEONS ... LIBRARY

ANIMUS fert de Pneumonia scribere, morbus, enim, plùs minúsve periculi semper habens, et interdum ad perniciem procedens, medici observatione indignus non esse videatur: et præterea cùm per quinquennium haud rarò meum fuerit, malum, in exercitu nostro, et videre et tractare, de eo, igitur, differere maluerim.

 Nihilominùs,

Nihilominùs, quicquam egregium de argumento, quod, animos inclytorum apud medicos tam longè occupavit, forſan proferre haud potero; ſed quùm fundamentum ſententiarum mearum fuiſſet experientia, eas, faciliùs confidentiúsque eloquar.

Sed meritò vanus exiſtimarer, ſi opinionem meam ſolùm proponerem, quocirca, et auctores et præceptores illuſtriſſimos, a quibus elementa ipſa ſcientiæ medicæ didici, non raró conſulam.

His præmiſſis, me nunc oportet aliquid de morbo ipſo dicere.

Viscerum thoracis inflammationi, nomen magis extenſum Pneumoniæ affigere, elegi, quia celeberrimo Cullen et Pringle aſſentio, ullum diſcrimen, inter partes affectas ejuſdem cavitatis, notare, nec medico, nec ægro, prodeſſe poſſe.

Igitur, de iis morbis qui vocantur Peripneumonia, Pleuritis, et Pleuro-peripneumonia, ſub titulo ſimpliciore Pneumoniæ, diſſeram,

ſeram, quia puto omnes iiſdem cauſis pendere, et in gradu tantùm differentes, eadem ferè ſigna exhibere.

Quam ob cauſam, doctiſſimi CULLEN definitione, ſimplice non minùs quàm elegante, hìc uti convenit:

"Pyrexia; dolor in quadam thoracis parte;
"reſpiratio difficilis; tuſſis."

HISTORIA SYMPTOMATUM.

SIGNA quæ ad quemque caſum pertinent, dum inter ſtructuram, temperamentaque hominum, tanta varietas eſt, enarrari vix poſſunt; hæc verò ſemper obſervanda, exiſtente morbo, ſunt, pyrexia, difficultas ſpirandi, tuſſis, et dolor thoracis internus, auctus, præſertim, ſi æger multùm aëris inhalare conaretur; iis, verò, notis, languor, laſſitudo, algor, vel horripilatio, frequentiſſimè præcurrunt.

Progrediente malo, febris increſcit; pulſus frequentiores, interdum duri et validi, interdum

dum etiam molliores et pleniores, ſed nonnunquam parvi, molles, debiles, celeresque, fiunt; calor et ſitis oriuntur, et dolor peracutus, lancinans, vel interdum obtuſus, cum ponderis ſenſu, in alterutro latere pectoreve eſt.

Angor, frequentiùs unum tantùm latus, rariùs utrumque, adoritur, ſæpiſſimè ſextam vel ſeptimam coſtam occupat, et abhinc ad ſcapulam, ſternum, aut claviculam, nonnunquam refertur.

Tuſſis primùm eſt dura et ſicca, cum expuitione pauca, ſpumoſa, flavente, aut ſanguine tincta, poſteà verò pituita magìs humida et craſſa, uberiùs, faciliùsque, excreatur.

Præterea, genæ tument et rubent; caput interdum dolet; lingua areſcit, vel muco viſcido et ſubflavido obducitur.

Iis, cibi faſtidium, aëris potûsque frigidi deſiderium, accedunt.

Ægrum, decubitus in latera, interdum ſuffocatione minatur, et ſupinus recumbere mavult.

Vires

Vires ſemper, magìsve minúsve, ſunt comminutæ.

Sanguis è vena miſſus, cruſtam albidam, glutinoſam, denſamque, ſed nonnunquam etiam, ſubviridem, et gelatinæ ſimilem, exhibet.

Status inteſtinorum variat, et alvus nunc ſupprimitur, nunc cohibetur.

Urina modò tenuis et diluta eſt, modò liberior, largiorque, et aliquid lateritium deponit.

Signa jam deſcripta ſæpè fauſtè decedunt, interdum verò magnoperè ingraveſcunt, et æger, vel diu langueſcit, vel tandem perit.

DE MORBI TERMINATIONIBUS.

Pneumonia, eaſdem terminationes, ac inflammatio, nempè reſolutionem, ſuppurationem, et gangrænam, ſed propriam etiam, viz. effuſionem, inſuper habet.

Si

Si pneumonia debito ordine et benignè decurrat, quarto circiter die ægrotantes multùm levaminis ſentiunt, ſudor lenis erumpit, dolor et pyrexia haud ſubitò ſed gradatim miteſcunt, ſputa benigna ejici incipiunt, et ſeptimo, nono, vel undecimo die, febris plerumque terminatur.

Quod ſi verò morbus, ſine remiſſione notabili, aliquot ſaltem ſymptomatum, præſertim ſi febris, longiùs hebdomade, vel ad diem decimam quartam uſque, ſe intendat, tunc plerumque ſuppuratio eſt expectanda, et timenda.

Hæc, ex continenti febre, quæ, veſperè præſertim, cum nova horripilatione, et ſuccedente calore, increſcit, cognoſcitur; pulſus plenior, magìs minúsve celer fit; pectoris oppreſſio, et tuſſis, ſed dolore imminuto, manent; æger multum ſitit, in genis et labiis, cum ſiccitate, rubet; exacerbatio febris, omni veſpere præſertim cœpit, et hectica vera demùm apparet.

Pus,

Pus, interdum in ſubſtantiam pulmonis, nonnunquam etiam inter eum et pleuram, effunditur. Si abſceſſus in pulmone magnus ſit, et pus in bronchia ſubitò erumpat, æger citò ſuffocabitur; at ſi gradatim et modicè expuatur, viribus ægrotantis non magnoperè fractis, forſitan revaleſcere poſſit.

Sic docet Tissot: "Si l'ouverture eſt petite, de façon qu'il ne puiſſe ſortir que peu de pus à la fois, ſi la quantité totale de pus n'eſt pas conſidérable, ſi le malade eſt encore fort, il crache ce pus, et ſe trouve ſoulagé.

"Mais ſi la vomique eſt conſidérable, ou ſi l'ouverture eſt grande, et qu'il ſe répande une grande quantité de pus à la fois, ou ſi le malade eſt très foible, il meurt dans le moment, ou la vomique s'ouvre, et cela quelquefois lors qu'on s'y attend le moins *."

At

* Avis au Peuple.

At ſi effuſio puris, inter pleuram et pulmonem eveniat, et planè percipiatur, tùm à chirurgia auxilium eſt petendum.

Terminatio gangrænoſa eſt rariſſima, ab effuſione vix diſtingui poteſt, et utraque, inter diem tertiam et ſeptimam, plerumque ſe manifeſtat.

Gangræna, aut effuſio ſanguinis in ſubſtantiam pulmonis, vel a pneumonia valdè violenta, ſeu neglecta, ſive malè tractata, vel etiam ab ea ſpecie, diatheſi putridâ ſtipata, oriatur.

Gangrænæ indicia ſunt, doloris remiſſio ſubita, dum febris manet, et exacerbatio veſpertina abeſt; ſpirandi difficultas haud multùm levatur; aër exſpiratus fœtet; pulſus admodum debilis, celer, parvus et inæqualis, eſt; facies palleſcit, collabitur, aut ſæpe tumet, profundè cæruleſcens; ægri inſcii, alvum et urinam in lectum dimittunt; quaſi in extremo halitu reſpirant; ſputa fuſca, aut nigra et fœtida ejiciunt; extremitates frigent;

gent; vox, et glutiendi poteſtas, deficiunt, et æger, brevi, animam efflat*.

Diſcrimen inter has terminationes notare, perdifficile eſſet, quia ferè ſemper conjungi videntur, nec ſanè medico, aut periclitanti, multùm ſuccurrere potuiſſet, quùm exitium pariter afferunt.

In effuſione verò, dolor non tam ſubitò ceſſat, pectus magìs opprimitur, quàm in gangræna, ſed aliter, ſigna ſimilia agnoſcunt.

CAUSÆ REMOTÆ.

Causæ remotæ in habitu, ætate, et ſexu, ægrotantis, ſunt quærendæ.

Fertur robuſtum et plethoricum huic morbo maximè patere, ſed, me judice, obſervationi non ſemper confitendum eſt.

Dicuntur, etiam, viri ad hoc malum procliviores eſſe quàm fœminæ, et, ob vitæ genus, ſatis probabile eſt.

* Vide Storck Præcept. Med. Pract.

Senes et adolefcentes fæpiùs quàm gradus medii, morbum evitant, fed ætas nulla contra impetum ejus eft permunita. Ille cui thorax naturâ malè formatus eft, etiam pneumoniæ pronus fit.

CAUSÆ EXCITANTES.

Inter has, frigoris calorisque vices, pro certo, principes funt habendæ, et abhinc, in his regionibus, pneumonia, vere, autumno, et hyeme, frequentiùs quàm æftate, graffatur.

Exercitatio vehemens, vel pulmonum, vel corporis totius, tempeftate potiffimùm rigente, aut æftuante, morbum allicet.

Hanc caufam jam recenfitam, milites affeciffe, qui, æftate proximâ, in Nofocomium Chathamii admiffi fuerunt, non raró detexi. In eo Præfidio enim, aliquot militum fuit è puteo aquam, antliâ ingente, exhaurire,

exhaurire, et eos pneumonia frequentiſſimè adoriebatur.

Cæteræ hujuſmodi cauſæ ſunt, morbi prægreſſi, tùm acuti, tùm chronici; acria in pulmonem recepta, ſeu chemica, ſeu mechanica; vis externa; ebrietas et intemperantia; metaſtaſis materiei morbicæ; reſpiratio diutiùs compreſſa et cohibita. Sed nunc oportet me animadvertere

CAUSAM PROXIMAM.

Mihi quidem videtur, hunc morbum eandem cauſam proximam, quam inflammatio habere, et à cauſis remotis et excitantibus quodammodo gigni, ſed huic confectationi, tantæ et tam multæ difficultates obviam veniunt, ut diſiſtere cogor.

PROGNOSIS.

Quum in hoc morbo periculum ſemper eſt timendum, medici multùm intereſt cautiſſimè præſagire.

Si ægrotans, ſenex, vel aliuſmodi infirmus fuerit, potiùſquam juvenis et robuſtus, prognoſtica eò minùs propitia forent.

Pyrexia violentiſſima, vel imbecillitas ſumma, prima ſtadia comitantes, præſagium ſemper dubium faciunt.

Contrà tamen, febre, dolore lateris, tuſſeque minùs urgentibus, præſertim expectoratione pituitæ craſſæ, flavæ, vel ſanguineæ, ſeſe manifeſtante, eventum lætum fore judicamus.

Auctores ferunt, eventum proſperum, epiſtaxi, vel diarrhœæ, vel eruptioni eryſipelatoſæ, nonnunquam ſucceſſiſſe *.

Reſpiratio perdifficilis; tuſſis frequens, dura, et ſicca; pulſus celerrimi debilesque; vigilia;

* Vid. Cullen. *Firſt Lines.*

vigilia; vultus ægri demiſſus; vires magnoperè imminutæ; delirium; ſuſpiria profunda; et hæc, ſanguinis detractione nec amota, nec levata, indicia valdè infauſta ſunt.

" Tandem (inquit Home, qui ſtadium poſtremum egregiè deſcripſit) ſpiritus trahitur cum ſibilo; pulſus formicat; viſus obſcuratur; mens alienatur; extremitates frigent; ſudor in ſuperioribus partibus obrumpitur; et æger moritur *."

DIAGNOSIS.

Hepatitis acuta, eſt ſolus penè morbus, quocum pneumonia confundi poteſt, ſed inter eos diſtinguere haud difficile erit, ſedes enim hepatitidis in hypochondrio dextro plerumque eſt, dolor obtuſus, preſſione auctus, ibi ſentitur, et ad ſummum humeri dextri ferè ſemper relegatur; ſingultu vomituque ad

* Homii Principia.

ad eas notas ſeſe adjungentibus, omne dubium tolletur.

Sed meipſum magnoperè fallo, ſi morbum utrumque eodem tempore evenire, nonnunquam non viderem.

Ab aſthmate, intermiſſione et paroxyſmis, à catarrho, raucitate, anoſmiâ, epiphorâ, fluxu acri è naribus, et pneumoniæ ſignorum characteriſticorum abſentiâ, promptè diſcrimenatur. Medici verò, non minùs intereſt varias ſpecies ipſius pneumoniæ admodum accuratè cognoſcere, ſi enim, typhodem, vel eryſipelatoſam, vel ſcorbuticam, ignoret, ægroto magnoperè noceat *.

Pulſus plenus, et fortis vel durus, vultus tumidus, dolor acutus, vel gravis, diatheſis phlogiſtica, valitudo prægreſſa, et cauſæ, quibus ægrotans ſubjectus fuit, pneumoniam veram clariſſimè notabunt.

Species

* Vid. Huxham. On Fevers.

Species attamen aliæ, alia, et latè diverfa figna, exhibent, fumma enim imbecillitas, animus multùm demiffus, dolor capitis ingens, febris, magìs typhum, quàm fynocham, referens, unà cum aliis pneumoniæ notis, fub morbi initium fefe in confpectum dant.

Porrò, fi hæc, fanguinis detractione, non modò non leventur, fed potiùs augeantur, fi ita accedit, ut æger, longinquam navigationem confecerit, cœlo adverfo, nave hominibus confertâ, fortaffè rimofâ, alimentis deficientibus, vel infalubribus, dum alii, eodem tempore, typho laborant, tunc fanè, medicum oportet fefe cautiffimè habere, remedia, enim, pneumoniæ veræ idonea, huic, quemadmodum vidi, lethalia erint.

CURATIO MORBI.

Omnes ferè auctores, cùm veteres, tùm recentiores fibimetipfis perfuaferunt, fanguinis detractionem,

detractionem, hujus morbi initio, remedium efficaciſſimum eſſe, ſed inter eos haud convenit, quamdiu poſteà licebit eam adhibere.

Quidam exiſtimant, hoc remedium, poſt quartam vel quintam morbi diem, ægrum non adjuvare, dum alii, et non inconſultè ut mihi videtur, id, ſignis inimicis abſentibus, multò longiùs prodeſſe; ſed opinioni peritiſſimi et doctiſſimi Gregory * aſſentio, ſanguinem ante diem tertiam miſſum, citiùs levare. Quantùm verò ſanguinis, quotiésve, detrahi debet, eſt difficile dictu, vel potiùs dici nequit.

Quid, autem, hac in re agendum, ipſa morbi indoles, corporis habitus, ægrotique vires, optimè indicabunt.

Ter quatérve ſanguinem detrahere, plerumque ſatis erit, ſi detractio prima aut ſecunda copioſior fuerit, immò, unam ſolummodò

* In Prælectionibus ſuis.

modò, laborantibus, ſigna graviora levâſſe, vel penitùs abſtuliſſe, creditur.

Si verò redierit ſpirandi difficultas, dolor lateris, et tuſſis ſicca, viresque ægri patientur, ſignis ſuppurationis, vel gangrænæ, aut effuſionis, adhuc abſentibus, tunc ad hoc remedium iterum iterumque decurrendum ſit.

Quantùm, verò, ſanguinis ſimùl, vel prorſùs, detrahi debet, ex ſignis urgentibus, ægrique viribus, omninò pendebit; libra, è vulnere amplo, emiſſa, homine plethorico et robuſto, intereà ſatis erit, et omni horâ duodecimâ, vel ſæpiùs, et prout res ſeſe habent, repetatur.

Quando etiam ſanguinis detractio, à ſignis urgentibus poſtulari videtur, tunc temporis, et eandem propter cauſam, medicum oportet, regimen ſtrictè antiphlogiſticum fortiſſimè præcipere.

At ſi, ob ullam cauſam, ſanguis è brachio non extrahi poteſt, cucurbitula cum ferro,

hirudinesve, ad partem dolore affectam, ſint admovendæ.

Omnia, ſeu animum, ſeu corpus, irritantia vel turbantia, ſunt tollenda.

Si, verò, hominem infirmum pneumonia adoriatur, quomodocunque urgere videatur, ſanguis, nihilo ſeciùs, eſt cautiſſimè detrahendus.

Alii autem caſus ſunt, tales anteà recenſiti, quibus venæſectio mihi videtur, non ſolùm non prodeſſe, ſed potiùs nocere.

Tres ſimiliter ægrotantes, nuperrimè vidi; ſingulos primò, magnâ virium defectione, præter alia pneumoniæ ſigna, adoriebatur morbus; duobus ſanguis detrahebatur, tertio autem nullus: primo typhus putrida occurrebat, et vix revaluit; alter animam efflavit; ſed tertius, licèt ætate provectus, et initio maximè tentatus, emollientibus, expectorantibus, acidis, et præcipuè exulceratoriis, opii vinique portiunculis, brevi ſanatus fuit.

Inflammationis

Inflammationis ſtadio nunquam aliena ſunt exulceratoria, ad partem dolentem, ſanguinis detractione plerumque præmiſsâ, admoventur, utique res ſeſe habent, redintegrantur.

Demulcentia, emollientia, ſalinaque, ad tuſſim leniendum, halitumve cutis ciendum, feliciſſimè adhibentur.

Ab alvi ductione, ſeu catharticis lenioribus, ſeu lotionibus, abſtinere nefas eſſet.

Cui, obeſitas ſatis ſanguinis detractionem impedit, illi, catharticis acrioribus, ſive digitale, molienda eſt curatio.

Quùm pneumonia, non ſine ſputo reſolvatur, ad remedia expectorantia dicta decurritur.

Antimonii tartarizati, et ipecacuanhæ portiones nauſeantes, gummi ammoniacum, Tolutanum, aliaque hujuſmodi, laudant nonnulli; ſed iis, aſafœtida, ſive ſcilla, longè præſtant, et cùm jam morbus ad reſolutionem verget, eam multùm adjuvant.

Eandem

Eandem ob caufam, etiam, vapor aceti, aquâ calidâ diluti, nonnunquam commodè inhalatur.

Poftquam fputum, generis boni, facilè extuffit æger, non longiùs opus eft evacuantibus, quia, corpus infirmando, curationem impediunt, cùm magìs intereft, regimine ampliore, fuftentare.

Porrò, etiam, fi æger, multo fanguine fed fruftrà orbatus, manifeftè languefcat, tunc ad medicamenta cardiaca, refolventia, et reftituentia, decurrere opportet ; quam ob caufam, vinum, opium, et calomel, portionibus minutis adhibita, fed frequenter repetita, percommodè, ut vidi, adminiftrantur.

Medicos ferè omnes, iis remediis, ad hunc morbum fanandum, adverfos fuere, verum eft, fed feu theoriâ quâdam, feu periculum eorum non faciendo, feu haud rectè tentando, nefcio.

Sed ea remedia, non ad hunc morbum folùm, fed multos alios infuper, proficiunt,

quales

quales exercitum belligerantem adoriuntur, utì apud noſtrum, in Batavia, nuper vidi: idem, quoque, à Doctore HAMILTON * de Lynn Regis, et multis amicis meis, fuit obſervatum.

Quùm jam revaluerit æger, et nihil morbi prægreſſi præter imbecillitatem ſupereſt, diæta nutriens, ſed non nimìs lauta, foret, et exercitatio lenis proderit: ſed magni momenti eſt, cauſas morbi evitare; et præſertim à cœli intempeſtatibus cavere, veſtitum laneum induendo.

De iis remediis nuper recenſitis, differere volui, quia, rectè adminiſtrata, perutiliſſima ſunt, præcipuè chirurgo militari, qui, haud raró, cogitur omnia ſecum portare.

* Vid. Edin. Med. Comment. Vol. ix.

F I N I S.